



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Historia Sanctorum Joachim Et Annæ Geneseos, Vitæ, Transitus Et Connexorum

**Polius, Jacobus**

**Herbipoli, 1652**

5. De Mariâ sorore S. Annæ & Cleophâ conjugibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43946**

trum sententiam consulit, ut eligat Lector utram  
 mavult. An non ergo Tirinus aliud sentire vide-  
 tur quàm prius, & quidem sine ullo teste. Tra-  
 ctatus Germanicus tales pro se adducit, quorum  
 nuda asserta, cum contra sanctos Patres, judi-  
 cium Romanæ Ecclesiæ, & rationes hæctenus de-  
 ductas, non prævaleant, frustra nodus in Scirpo  
 quæritur.

### V. QVÆSTIO.

*De Mariâ primogenitâ & Cleophâ  
 conjugibus.*

**E**X tribus Sororibus Bethleemitanis, Hippo-  
 lytus apud Nicephorum, atque Judæus in  
 Dialogo Andronici primogenitam faciunt Ma-  
 riam. Augustini Tornielli Schema genealogi-  
 cum huic maritum assignat Cleopham, atque in  
 gradu descendenti collocat alteram Mariam, quæ  
 Joan. 19. Maria Cleophæ, & soror (subaudi con-  
 sobrina) B. Virginis Mariæ inscripta, facta fuit  
 uxor Alphæi, (alterius ab eo qui Marc. 2. Pater  
 Matthæi asseritur) de Mariâ Alphæi conjugæ,  
 rursus in gradu descendenti producuntur pro-  
 les masculæ & fœmellæ, quæ in Evangelio appel-  
 lantur fratres & sorores Domini. Auctor Exe-  
 getici genealogiam istam secutus fuit, velut ma-  
 gis congruam, & plurimum testimonio compro-  
 batam.

2. Siquidem ex Mariâ Cleophæ uxore, alte-  
 ram genitam Mariæ Alphæo enuptam, matrem  
 eorum,

eorum, quos Evangelium vocat fratres & so-  
res Domini, testes sunt Abdias, ejusque interpres  
Julius Africanus princ. Libri 6. Hieronymus  
contra Helvid. Theophil. in c. 27. Matth. Hila-  
rius contra Helvid. Glossa in c. 19. Joannis,  
Chrysoftomus, Isidorus Episc. Hispalensis apud  
Lipomanum pag. 363. Paschasius lib. 6. in Matth.  
c. 15. Haymo, Photius, S. Thomas par. 3. q. 29. a. 3.  
ad 6. & in c. 13. & 27. Matth. Hugo in c. 19. Joan-  
nis, Lombardica historiam. 63. & 154. Canis. lib. 1.  
Marial. c. 4. Suarez 3. part. q. 28. disp. 5. sect. 4.  
Canus lib. 11. de locis c. 5. ad 2. Salmeron tomo 4.  
par. 2. tract. 11. & tom. 10. tract. 41. & tomo 15.  
disput. 21. Toletus in c. 2. Joannis annot. 18.  
Eckius in festo S. Annæ. Franc. Feuard. in c. 1. Ja-  
cobi. Maldonatus in c. 13. Matth. p. 277. Joachi-  
mus Perionius in vita S. Jacobi, itidem & Simo-  
nis & Judæ. Aloysius Lipomanus Episcopus Ve-  
ronensis in vitis Sanctorum anno 1571. Lovanii  
impressis pag. 36. & 252. Cornel. Jansenius c. 19.  
Concordiæ, Joannes Lorinus Act. cap. 1. v. 14.  
Hieronymus de Rebdorf 20. Julii & 28. Octob.  
Gregor. de Valentia tom. 4. disp. 2. q. 2. part. 2.  
pag. 550. Marianus Victorius in Indice post 3. to-  
mum S. Hieronymi. Joannes Hesselius in cap. 27.  
Matth. Barthol. à Medina in 3. partem D. Tho-  
mæ q. 28. a. 3. Franciscus Lucas in c. 10. Matth. v. 3.  
Baronius apparatus n. 66. & 67. Lansberg in fe-  
sto S. Annæ serm. Date ei: edit. 1570. Antwer-  
piensis. Claudius Espensæus 2. Tim. 4. digref. 26.  
Bar-

Barradius, Balduinus Junius Chronici moralis pag. 75. Torniel. anno mundi 4082. n. 7. P. Hadrianus Lyræus Trisagii Mariani lib. 2. modo 2.

3. Vocantur autem fratres Domini non isti solum, sed & de quacunque cognatione propinqui, tam virginis Matris, quam patris putatici. Ita S. August. tomo 9. tract. 10. in c. 2. Joannis & lib. 22. contra Faust. Anselmus in c. 12. Matth. Pererius in c. 24. Genes. vers. 43. disput. 8. Lyræus loco citato.

## VI. QVÆSTIO.

*De Ioseph, ejusque fratris Cleophæ connubiis.*

**J**oseph teste Matthæo filius Jacob, monogamus fuit, & solius virginis Deiparæ sponsus castissimus; sed ex adverso hæretici dixerunt, illum ex virgine Mariâ post natum Christum procreasse proles, quæ in sacris literis vocarentur fratres & sorores Domini. Huic heterodoxo opposuit se S. Hieronymus scribens contra Helvidium, & Hillephonsum, quorum argumenta atque solutiones commemorat Cardinalis Tole- tus in Joannem c. 2. annot. 18.

2. Atque ut Deipara post partum vindicaretur virgo, & contra hæreticos defenderetur, invaluit olim nonnullorum Patrum opinio Fratres Domini ex primâ conjugè Joseph generatos, de quibus Baronius Apparatus n. 61. & 62. Lipomanus in vitis SS. pag. 251. Torniel. anno mundi 4082. n. 7.